

P. E. Funcken,  
em uniuscujus-  
venerunt; ses-  
a hora quinta  
e fuerunt.  
diebus habitæ

S.

i, incidente in  
o Pontificatus  
pæ IX., mane  
archiepiscopali.  
i, multique alii  
omnes exierunt  
m, Illustrissimo  
reverendissimis  
ssa solemnis de  
dissimo Archi-  
hem habuit ad  
nsis Episcopus,  
nibusque ut in  
ibus cum cære-

(Con. Fid.).

Hac eadem ratione Decretum de Fidei professione emitenda prælectum et approbatum est. Deinceps Decretum de Residentia eodem modo, quo facto, genuflexus Reverendissimus et Illustrissimus Archiepiscopus manumque supra Sancta Evangelia imponens formulam juramenti præstítit.

Tunc accesserunt omnes alii Episcopi et unusquisque ante præsidem genuflexus, manuque ad Evangeliorum librum apposita, fidem suam juramento eadem formula confirmat.

Deinde indicta fuit Secunda Sessio Solemnis Concilii quæ habenda est feria quinta die trigesima Septembri. Missa celebrata fuit pro defunctis Episcopis Provinciæ ab Episcopo Kingstoniensi. Concionem habuit Episcopus Sareptanus ad populum. Postea Secunda Sessio Solemnis inchoatur in qua decreta jam approbata lecta fuerunt, et hora undecima recesserunt Patres.

### TERTIA SESSIO SOLEMNIS ET ULTIMA.

Die Dominica tertia Octobris habita est in solemnitate Sancti Michaelis Patroni Ecclesiae Cathedralis, a die vigesima nona translata. Missa solemnis cantata erat a Reverendissimo ac Illustrissimo Sareptano Episcopo, missa finita concionem ad populum Reverendissimus ac Illustrissimus Archiepiscopus habuit. Concone peracta cantatis orationibus, Evangelio, psalmo et ceteris in Pontificali Romano præscriptis pro ultima Concilii Sessione. Rogatis deinde Patrum sententiis, decreta omnibus placuerunt et ab eis confirmata sunt. Requente Promotore, decreta sequentia, jam a Patribus Sanctis in privatis Congregationibus, promulgata sunt in forma consueta ut in calce decretorum legitur.